



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 82. Cardinalis Lotharingius Guisii Ducem Aureliæ fuisse occisum edoctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI
A.C. 1563.

*Lett. de
Viscont. t. 1.
Lett. 22.
pag. 101.*

Tridentum venit, atque inter primas curas habuit, ut Lotharingium Cardinalem visum iret, quem tamen mœrore oppressum repererat, accepto nuntio, quod Guisus Dux ejus Frater prope Aureliam graviter sauciatus fuisset a quodam milite, qui se illi collocuturum simulans sclopetum suum in illum exonerabat. Hujus fati dolor tantopere Lotharingii animum occupaverat, ut illis, quæ Viterbiensis Episcopus ei proposuerat, parum attentas aures præberet, quapropter postea suam mentis perturbationem apud Gualterium per alium Virum excusabat.

§. LXXXII.

Cardinalis Lotharingius Guisus Ducem Aureliæ fuisse occisum edoctus.

*Pallav. c. 6.
n. 8. & 9.
Visconti
pag. 119.
Ray3. l. c.
n. 50. & 54.*

Aliquot diebus postea Lotharingius ejusdem fratris sui mortem compererat, quo nuntio animi sui mœllicitia plurimum augebatur, atque is in extremum mœrorem conjiciebatur: mox tamen in genua procumbens, atque inter crebras lacrimas ad Deum conversus dixit: *Domine fontem fratrem in vita reliquisti, & infontem abstulisti.* Non destitit Gualterius eum certum reddere, Pontificem suam omnem auctoritatem

primas
 Cardi-
 en moe-
 to nun-
 er pro-
 fuisset
 aturum
 m exo-
 ntopere
 rat, ut
 pus ei
 aures
 m men-
 terium

 si Du-
 m

 ringius
 a com-
 moesti-
 e is in
 ebatur:
 ns, at-
 Deum
 fratrem
 bstulisti.
 am red-
 aucto-
 ritatem

ritatem adhibiturum ad bene meritam
 ipsius familiam sustinendam. Postea
 Viterbiensis Episcopus cum Cardinale
 saepius collocutus eidem de reforma-
 tione, quam Pontifex Romæ exequi
 statuerat, verba faciens hæc exposuit:
 „minime expedit, ut Papa tanta legum
 „severitate rem urgeat: porro magis
 „consultum est, ut Synodus ejusmodi
 „decreta condant; inde enim nihil Pon-
 „tificiæ auctoritati derogabitur, dum
 „semper Papæ integrum erit, eorum
 „asperitatem mitigare, ac moderari: „
 Ceterum Lotharingius vehementer de-
 siderare simulabat, ut Papa Bononiam
 accederet; sperabat enim, quod illius
 ad hanc urbem adventu Synodus coar-
 ctari posset, quominus cuncta pro suo
 arbitrio decidere attentet. Denique
 fidem faciebat Cardinalis, sibi expedi-
 tam esse viam, cujus beneficio Con-
 ciliium intra unius Mensis spatium ab-
 solvi posset: eodem quoque tempore
 Simonettam certiozem reddebat, quod
 tam ipse, quam Franciæ Præsules nil
 intentatum sint relicturi, ut Pontifici
 plene satisfiat. Hæc a Lotharingio
 eapropter promissa dicuntur, ut Papam
 induceret, quatenus illum Synodi Le-
 gatum nominaret: nondum enim duos
 alios fuisse designatos compererat.

Sac. XVI.
 A.C. 1563.

§. LXXXII.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

L